



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Candelabrum, Lucerna.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

In eadem captâ à Philisthæis , & post tot eorum
multiplices clades ab Israelitis receptâ. Vide
Dei providentiam punientis fideles ad tempus,
& iis postmodum mirabiliter assistentis.

Promptuaria.

In inferno promptuaria. 4. Esd. 4. Deus nos
ab illis præservet. Plena promptuaria subito
invenientur vacua. 4. Esd. 6. Talis est alterna-
tio fortunæ. Et sic fit , dum cessat divina bene-
dictio. Promptuaria eorum plena (sive penu-
aria referita sunt omnis generis annonâ) eructan-
tia ex hoc in illud. Ps. 43. Quia cùm unum ea-
non possit satis capere , in aliud atque aliud
transferuntur. Hoc sit in domibus , ubi timor
Dei , & bona est œconomiae administratio. No-
biles & Principes sæpè , quò plus accipiunt , cò
plus perdunt. Et ità inveniuntur bursæ cellæ
granaria &c. vacua , quasi Diabolus omnia ab-
stulisset.

Candelabrum , Lucerna.

Non accendunt lucernam , & ponunt eam sub-
modo , sed super candelabrum , ut luceat
omnibus , qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra:
coram hominibus , ut videant opera vestra bona.
Matth. 5. Movebo candelabrum tuum de loco suo,
nisi pœnitentiam egeris. Apoc. 2. Has minas inten-
tari sibi putet Ecclesiasticus Princeps , nobilis Ca-
nonicus , & quivis alius peculiaribus à Deo gratiis
cumulatus . Solidis pœnitentiæ operibus se-
dulus incumbat , & in spiritualibus exercitiis se
eccol.

354 *Pars secunda de elevatione*
recolligens dragmam amissam, sive Dei gratiam
lucernâ intellectûs accensâ diligenter requirat
cum muliere Luc. 15. *Ille erat lucerna ardens,*
Joan. 5. Hoc de viro Apostolico Superiore &
quovis Patrefamilias maximè debet posse præ-
dicari.

§. 6tus.

*De diversis aliis hominum Professionibus, Condi-
tionibus & Occupationibus.*

PRæter opicia eorumque fabricas, instru-
menta & objecta varias alii homines adhuc
professiones, occupationes & conditiones ha-
bent. Ut sunt v. g. Venatores, Piscatores, Opi-
liones, Mercenarii, Hortulani, Nautæ, Molito-
res, Aurigæ, Milites. Et hi omnes amplissimum
salubribus documentis & mentis in Deum ele-
vationibus campum ex sacris paginis aperiunt.

Venatores, Aucupes.

*M*ultam Piscatores, & pescabuntur eos (de-
signantur, qui sine strepitu exteriore ap-
paratu quærunt animas) & multos Venatores,
& venabuntur eos) Tales sunt Missionarii ver-
bo & exemplo prædicantes pœnitentiam ex
theatris cum apparatu vario) de omni monte, &
de omni colle, & de cavernis petrarum. Jer. 16.
Ex ejusmodi montibus, sylvis, cavernis, antris
revera Missionarii nostri in America allegerunt
speculis, vitris, &c. Barbaros, docueruntque